



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/319022>

UNIVERSITATIS
 JURIDICAE IN AUSTRIAE
 IMPERIO
 ACADEMIAE
 FRANCISCAE SERBELLII BOHEMIAE
 PRAGAE
 ACADEMIAE
 UNIVERSITATIS

T H E S E S
JURIDICAE INAUGURALES.

AUCTORIS NOMINE
 ACADEMIAE
 FRANCISCAE SERBELLII BOHEMIAE
 PRAGAE
 ACADEMIAE
 UNIVERSITATIS

THE
MEDICAL INVESTIGATIONS

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIerno HONORIBUS ac PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS JOHANNES LUBBERTUS UMBGROVE,

Amstelodamensis.

AD DIEM XI. M OCTOBRIS A. MDCCCLII, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,

Apud **G. F. KOCH.**

MDCCCLII.

THE

JUDICIAL INQUIRIES

AND

PROCEEDINGS

OF THE

COURT OF COMMONS

IN

THE

Case of

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

T H E S E S.

I.

Ex fragmentis in Digestis servatis, certe definiri nequit, an Jurisconsulti Romani statuerint, bonae fidei possessorem fundi fructuum dominium acquirere.

II.

Non adsentior CUJACIO, *Observ.* VII. 25, statuenti juris professoribus honorarium petentibus extra ordinem jus dici; nec obstat. l. 6 C. de professoribus et medicis.

III.

Liberi naturales inviti per matrimonium parentum, nec jure Canonico legitimantur, uti statuit GLÜCK II. 298, 299.

IV.

Lex 72 D. pr. de solutionibus non obstat l. 402 eodem.

V.

Qui actione negatoria agit, contra eum qui servitutem quasi possidet tantummodo se dominum esse probare tenetur.

VI.

Fructuarius dominum cogere potest ad illas reparationes faciendas quae indicantur art. 844 C. C.

VII.

Minoris, patre defuncto, matre non tutrice, domicilium est apud tutorem.

VIII.

Conductor non habet actionem de spolio cujus mentio est in art. 619 C. C.

IX.

Si usufructuarius vendit fructus pendentes, et moritur antequam percepti sunt, minime venditio valet, nec probanda TOULLIERI sententia, proprietarium pretium acquirere.

X.

Maritus uxorem suam, secum cohabitare negantem, per manus injectionem, (lijfsdwang) non potest cogere ad cohabitationem.

XI.

Merito verba sub finem art. 20 C. M. sunt adjecta, «zonder dat hij immer tot teruggave van genotene winsten verplicht zij.»

XII.

Commissionario licet merces emere ei missas a committente, ut eas venderet.

XIII.

Articuli 521 § ult. C. M. intelligenda est, de damno ante derelictionem factam.

XIV.

Assecurator etiam damnum resarcire debet, incendio culpa filii minoris apud assecuratum inhabitantis ortum.

XV.

Art. 770 C. M. voce, «zijne goederen,» etiam quae postea acquirat decoctor comprehenduntur.

XVI.

Non adsentior viro ampl. DE BOSCH-KEMPER. *Wetb. van Strafv. II. 192*, sqq. statuenti, licere aperire epistolas praefectis postarum publicarum commissas, maleficii detegendi causa.

XVII.

Non probandus mihi videtur art. 70 novissimi speciminis C. P. Bat.

XVIII.

Reus vel causarum patronus jus habet inspiciendi instrumenta praeviae inquisitionis criminalis, ad conficiendum libellum supplicem, accusationis avertendae causa.

XIX.

Art. 354 C. P. etiam apud nos intelligi debet de minoribus aetatem 21 annorum nondum adeptis.

XX.

Minus recte a nonnullis docetur res quae non sunt in commercio non habere valorem.

XXI.

Ergastula pauperum non prosunt civitati.